124 Acatholici volentes contrahere Matrimonium in ratione contractus, non vero in ratione sacramenti nil efficiunt; quia si intentione sicut ille, qui quis vellet Baptizare ut instituit Christus, nollet tamen Baptizare ut Baptizat vera Ecclesia, probabiliter posteriori intentioni magis inhaereret: sic etiam acatholici si velint tantum contrahere civiliter, et nolint facere sacramentum manebit solus contractus, aliud est, si velint facere, quod faciunt catholici, etsi semultive non credant eos facere contrahunt sacramentum, quia error particularis non obest intentioni generali, quia autem non licet separare rationem contractus a ratione sacramenti ideo talis contractus nunquam erit licitus.

125 Si quis contrahat per procuratorem est verum sacramentum si mandans persistat in sua intentione, si vero interim revocaret suum consensum, etsi ignorante procuratore et sponsa nil ageret, etsi miraret se non revocasse teneretur tamen in foro externo probare sua revocatione procurator non est minister sed contrahens, neque procurator esse in statu gratiae sed contrahens. eodem modo contrahitur Matrimonium per Epistolam, et etiam est sacramentum iste contractus. Mandatum procuratori non debet necessario dari coram parocho et testibus, ut tamen etiam satisfiat Tridentino, tunc quando procurator vere contrahit cum sponsa, debet supervenire parochus et testes et pariter sponsa per literas in Matrimonium petita

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII59_2/0694
gefördert durch Baden-Württemberg